

1536. Nonis Augusti.

Sigismundus I. Rex Poloniae,
Carolo quinto Imperatori Christiano.

Sacra Caesarea Majestas. Et si non
sumus nescij supervacaneum nobis labo:
rem sumi sumi in commendandis Cesa:
reae Majestati Vestrae viris ingenio, Do:
ctrina et virtute praeditis, quod ipsa
per se Majestas Vestra Caesarea propen:
sissimo soleat esse animo erga hujusmo:
di homines, atque eos promeritis suis
maximis ornare beneficijs, tamen quia
Joannes Stratus Belga Caesarea Ma:
jestatis Vestrae subditus petijt a no:
bis magnopere, ut se diligenter Caesarea
Majestati Vestrae, apud quam se certa
negotia habere dicitur, commendare:
mus, persuadens sibi magnum pon:
dus apud eam habere solere commen:
dationem nostram, atque idem hoc petie:
runt Consiliarij quidam nostri, quibus
is unice charus est, et nos dignum judi:
cavimus, cui hoc merito concedendum esset
propter insignes virtutes, quibus orna:
tus est, et quarum specimen in regno
nostro edidit: nimirum Doctrinam non
vulgarem; linguarum cognitionem,
morum suavitatem, ingenij deateri:
tatem, rerum gerendarum peritiam

magno



magno studio, atque experientia ac-
quisitam Dicendi facultatem non tri-
valem et alias eximias Dotes, qua-
rum gratia nobis est gratus et cha-
rus, quibus non recensendis superse-
demus, etiam atque etiam petimus
a Cesarea majestate vestra, ut tan-
tum ad solitum suum erga tales vi-
ros favorem in hoc Stratio adiji-
at, ut is intelligat se non esse fru-
stratum spe sua, sed magno Adjimen-
to fuisse commendationem nostram,
quanquam confidimus Cesaream maje-
statem Vestram ultro et libentissime
id facturam esse, simul atque cum
propius cognoverit, Et certe nobis
dignus videtur, quem Cesarea majestas
Vestra ornent, tum quod Cesarea Ma-
jestatis Vestre subditus, tum quod ta-
lis, qui et Patrie suae ornamento
et Cesareae Majestatis Vestre volupta-
ti esse possit. Tacerit nobis Cesarea Ma-
jestas vestra rem gratissimam, si in
hoc Declararit, quanti faciat com-
mendationem nostram. Cupimus Cesa-
reae litterarum vestrarum diuturna atque perpe-
tua favoritate, et secundis rerum successibus
perfrui. Vilnae Nonis Anno 1536. 2